

παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ αἰεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

IN ANNUNTIATIONEM B. V. MARIAE ¹

PG
96, 648

Νῦν ἡ τῆς βασιλίδος βασιλικὴ καὶ ὑπέρξενος ἑορτὴ τε καὶ πανήγυρις ὑπὲρ τὰς χρυσαυγεῖς ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου ἐξέλαμψε. Νῦν ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία ὠρατίζεται λίαν ἀγαλλομένη. Νῦν οἱ φιλοθεάμονες καὶ πανηγυρισταὶ ἑορτὴν ἑορτῶν ἑορτάζοντες, πανδημεῖ ἐπαθροίζονται. Νῦν εὐφρανέσθωσαν τὰ οὐράνια, τὰ ἐπίγεια, τὰ καταχθόνια, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς ποιήματα. Νῦν εὐφημεῖσθω ἡ πανεὐφημος, ὡς εὐφημος πανευφήμοις εὐφημίαις. Νῦν μεγαλυνέσθω ἡ θεομεγάλυντος, καὶ θεοπρότακτος, καὶ θεοχρημάτιστος Παρθένος. Νῦν ἐπαινείσθω ἡ πολυώνυμος ὄντως καὶ πολυόμματος, καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως ὑπερτάτη. Νῦν μακαριζέσθω ἡ θεόμιλος, καὶ θεοχώρητος, καὶ κοσμοσέβαστος τοῦ Θεοῦ κιβωτός. Σήμερον γὰρ ὡς ἀληθῶς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης χαρὰ καὶ ἀγαλλίασις γίνεται. Σήμερον βοάτωσαν φιλεόρτων αἱ σύγκλητοι. Σήμερον βοάτωσαν πάντες λαοὶ τῇ ἐκ Δαβὶδ βασιλίδι· « Δεδοξασμένα, λέγοντες μετὰ Δαβὶδ, ἐλάληθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ, τοῦ Βασιλέως τοῦ μεγάλου ». Σήμερον ὑπα-

2068

gloria ac potestas Patri cum sancto ac vivifico Spiritu, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

PG
96, 647

Nunc Reginae regale et eximie novum festum ac celebritas supra aureos solis radios effulsit. Nunc catholica et apostolica Ecclesia mirum in modum gestiens decorem ostentat suum. Nunc qui spectaculis gaudent, ac dies festos colunt, solemnitatem solemnitatum agentes, frequentissimo populo conveniunt. Nunc coelestia, terrestria, et inferna, et quaecumque in eis condita sunt, laetentur. Nunc illa praedicetur, quae omni ratione est praedicanda, ceu quae nullis non faustis acclamationibus celebrari debeat. Nunc Virgo extollatur, quae exaltata a Deo est, caeterisque praelata, ac divino oraculo dignata. Nunc ea laudetur, quae multiplici tum nomine, tum lumine insignis est, ac super omnes res creatas sublimissima. Nunc beata dicatur Dei arca, quae Deum versantem secum, et in se manentem habuit, orbique toti venerabilis est. Hodie si quidem in universo orbe gaudio et exultationi vere indulgetur. Nunc eorum qui dies festos amant, conventus voces edant. Nunc populi omnes cum Davide reginae ex Davide prognatae, inclament: *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei, Regis magni.*² Hodie

2068

¹ Exstat inter op. Io. Damasceni, sed non est op. authenticum. Cf. Lau 171.

² Ps. LXXXVI, 3.

νοιγέσθω ἡ τῶν προφητῶν θεόγραφος βίβλος, καὶ λεγέσθω περὶ τῆς ἀεί-
 παιδος αὐτῆς, καὶ Ἄειπαρθένου Μαρίας. Σήμερον ἀγαλλιάσθωσαν * διὰ τὴν *649
 ἔμψυχον πόλιν αἱ πόλεις πάσης τῆς Ἰουδαίας. Σήμερον Γαβριήλ, ὁ τῆς
 νῦν πανεόρτου πανηγύρεως χορίαρχος, βοάτω ἄνωθεν τῇ βασιλίδι, καὶ λε-
 γέτω· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ». Σήμερον βοήσωμεν καὶ
 ἡμεῖς οἱ πηλινόγλωσσοι, καὶ εἴπωμεν τῇ μεγαλοδοξοτάτῃ, καὶ φωτοφόρῳ
 μητρὶ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ ῥητά τινα χαροποιὰ χαρ-
 μονικῶς ἀνευφημοῦντες, καὶ λέγοντες· «Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ
 σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου».

Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ἡ ἐκ πασῶν ἐκλεχθεῖσα γενεῶν, καὶ φυλῶν, καὶ
 γλωσσῶν, καὶ ἔθνῶν, καὶ λαῶν. Χαῖρε, κεχαρισμένη, ἡ πρὸ αἰώνων προ-
 ορισθεῖσα τῷ ποιητῇ καὶ βασιλεῖ τῶν αἰώνων. Χαίροις, τὸ τῆς Παλαιᾶς καὶ
 Καινῆς Διαθήκης συμπέρασμα. Χαίροις, τὸ τῶν θεοφόρων Πατέρων καὶ
 πατριαρχῶν πολυάνθον ἄθος. Χαίροις, τὸ τῶν ἀπ' αἰῶνος ἀγίων προφητῶν
 προκατάγγελτον ὄνομα. Χαίροις, ἡ ἀπόγονος τοῦ κοσμοπάτορος καὶ θεοπλά-
 στου Ἀδάμ. Χαίροις, ἡ τῆς κοσμήτορος καὶ πρώτης ἐν γυναιξίν Εὕας θύ-
 γατερ. Χαίροις, ἡ ἀντίτυπος τῆς τοῦ Νῶε ἔμψυχος θῆκη. Χαίροις, ἡ ἐκ μηροῦ
 τοῦ ἔθνοπάτορος Ἀβραάμ κατ' ἐπαγγελίαν Θεοῦ ἀψευδῶς φρεῖσα. Χαίροις,
 ἡ οὐρανόφθαστος κλίμαξ, ἣν εἶδε πάλαι ὁ μέγας ἐν πατριάρχεις Ἰακώβ.

prophetarum liber, qui exaratus a Deo est, aperiatur, deque perpetua
 ea puella, perpetua, * inquam, virgine Maria recitetur. Hodie Iudaeae *650
 civitates exsultent ob animatam hanc civitatem. Hodie Gabriel festi-
 vissimae huius celebritatis chororum princeps, Reginae sursum ac-
 clamet, et dicat: *Ave, gratia plena, Dominus tecum.*¹ Hodie nos etiam
 qui luteae linguae sumus, clamemus, et gloriosissimae ac luciferae
 Dei Salvatorisque nostri Iesu Christi matri verba quaedam gratiosa
 dicamus, vocibus istis iucunde gratulantes, *Ave, gratia plena, Dominus
 tecum, benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.*

Ave, gratia plena, quae ex omnibus generationibus, tribubus, po-
 pulis, gentibus et linguis electa es. Ave, plena gratia, quae ante
 saecula creatori ac regi saeculorum fuisti destinata. Avesis, in qua
 Vetus Novumque Testamentum transactum fuit. Avesis, flos dei-
 ferorum Patrum et patriarcharum multiplici flore constans. Avesis,
 praenuntiatum nomen a prophetis, qui a saeculo exstiterunt. Avesis,
 Adami orbis parentis atque a Deo formati soboles. Avesis, Evae filia,
 moderatricis illius, ac mulierum primae. Avesis, animata theca et
 arca, illam referens quam Noë struxit.² Avesis, quae de Abraham
 gentium patris femore secundum promissionem Dei revera nata es.

¹ Lc. I, 28.

² Gen. VIII, 15, ss.

Χαίροις, ἡ φλογοφόρος βάτος, ἣν εἶδέ ποτε ὁ παμβόητος ἐν ὄρει Σινᾶ Μωϋσῆς. Χαίροις, ἡ ἀγίοβλαστος βάβδος Ἀαρών, τοῦ ὄντως ἐν ἱερεῦσι περιδλέπτου. Χαίροις, ἡ πορφυροποίκιλος νέα σκηνή, ἣν ὁ ποικιλτῆς ἐκαινούργησε Βεσελεήλ. Χαίροις, τὸ χρυσοῦν διάλιθον καὶ χρυσοῦφαντον λόγιον. Χαίροις, τὸ ὑπὸ τῶν δύο Σεραφίμ κατασκιαζόμενον ἱλαστήριον. Χαίροις, τὸ ἱερατικὸν τῆς ἀρχιερατικῆς στολῆς Ἐφούδ. Χαίροις, τὸ χρυσοῦν τῶν θυμιαμάτων... ἦνεσαν ἐν φωνῇ μεγάλη πάντες ἄγγελοί μου. Χαίροις, εἰς ἣν δι' ἡμᾶς σαρκὶ σκηνώσας ὤκησεν ὁ λέγων ἐν Ἑσαΐα· «Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα».

Χαίροις, ὁ Θεοῦ θεοφόρον κειμήλιον, ἡ σαρκὶ χωρήσασα τὸν μηδαμῶς χωροῦμενον. Χαίροις, ὁ Θεοῦ θεοφόρον κειμήλιον, καὶ παντὸς ἀκούσματος ἀνώτατον ἄκουσμα. Χαῖρε, διὰ τοῦτο χαῖρε, ὅτι τέτοκας παιδίον, περὶ οὗ αἰνίττεται Ἰακώβ λέγων· «Σκύμνος λέοντος Ἰούδα, ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης». Χαῖρε, ὅτι τέτοκας παιδίον, περὶ οὗ φησιν ὁ πατρώθεος Δαβίδ· «Ὅτι ζήσεται, καὶ δοθήσεται αὐτῷ ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ τῆς Ἀραβίας». Χαῖρε, ὅτι τέ-

Avesis, scala ad coelum pertingens, quam magnus inter patriarchas Iacob olim vidit.¹ Avesis, flammans rubus, quam celebratissimus Moyses in monte Sina aliquando conspexit.² Avesis, sanctitate vernans virga Aaronis, inter sacerdotes vere spectatissimi.³ Avesis, tabernaculum novum purpura varium, quod variorum intextor Beseleel novo opere elaboravit.⁴ Avesis, oraculum aureum, ex lapidibus et auro textum. Avesis, propitiatorium, duobus Seraphim obumbratum. Avesis, sacerdotale ephod summi sacerdotis stola. Avesis, aureum suffimentorum altare⁵ ... laudabant voce magna angeli mei. Avesis, in qua propter nos carne habitans fuit, qui in Isaia ait: *Ego primus, et ego posthac*.⁶

Avesis, o plena suppellex, quae carne complexa es, quem nihil usquam ullatenus complectitur. Avesis, suppellex Deigera, et omni auditione longe superior auditio. Ave, idcirco ave, quia filium peperisti, quem Iacob innuit dicens: *Catulus leonis Iuda, ex germine, fili mi, ascendisti*.⁷ Ave, quia filium peperisti, de quo Dei progenitor David ait: *Quia vivet, et dabitur ei de auro Arabiae*.⁸

¹ Gen. XXVIII, 12.

² Exod. III, 2.

³ Num. XVII, 8.

⁴ Exod. XXVI, 8.

⁵ Hic multa desunt.

⁶ Isa. XLIV, 6.

⁷ Gen. XLIX, 9.

⁸ Ps. LXXI, 15.

τοκας παιδίον, ὅπερ παρίστανται χιλίαι χιλιάδες ἀγγέλων, κατὰ τὸν Δανιήλ. Χαῖρε, ὅτι τέτοκας παιδίον, ὅπερ ὕμνολογεῖ, καὶ δοξολογεῖ καὶ εὐλογεῖ τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων ἢ σύμπασα κτίσις. Χαῖρε, ὅτι τέτοκας παιδίον, ὅπερ θεολογεῖ τὰ πολυόμματα Χερουβίμ, καὶ κυριολογεῖ τὰ ἑξαπτέρυγα Σεραφίμ. Χαῖρε, ὅτι τέτοκας παιδίον ἐν τῇ πολυωνύμῳ πόλει τοῦ Δαβίδ. Χαῖρε, ὅτι τέτοκας παιδίον προαιώνιον * καὶ πρόσφατον, ἐκ πηγῶν Ἰσραὴλ *652 καταγόμενον. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, τὸν τῶν βρεφῶν τεχνουργόν, καὶ συνοχεῖα τῶν ὄλων. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, τὸν τοῦ Πατρὸς ὁμοδύναμον καὶ ὁμόδοξον. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, καθὰ διαγορεύει Λουκᾶς ὁ θαυμάσιος, ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Αὐγούστου Καίσαρος. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗτινος ἕνεκα ἄγγελοι παμπληθεῖς τὰ ἐπίγεια κατέλαβον. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗτινος ἕνεκα ποιμένες νυκτοφύλακες ἀγραυλοῦντες ἐθαύμαζον. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗτινος ἕνεκεν ὑπέμελλον ἄγγελοι λέγοντες· «Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία». Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗ ἕνεκα θορυβεῖται καὶ φωνοκτυπεῖται. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗ ἕνεκα Ἡρώδης θυμομαχῶν ταράττεται. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗ

Ave, quia peperisti filium, cui millia millium angelorum adstant, ut fert Daniel.¹ Ave, quia peperisti filium, quem canit, laudat, et benedicit coelestium ac terrestrium universa creatura. Ave, quia filium peperisti, quem multis oculis praedita Cherubim Deum, et senis alis instructa Seraphim Dominum praedicant.² Ave, quia filium peperisti in nominatissima civitate David. Ave, quia filium peperisti, antiquiorem saeculis ac recentem, ex fontibus Israël oriundum. * Ave, quod infantem genueris infantium formatorem, *651 quique universa continet. Ave, quod infantem genueris, virtutis et gloriae Patris consortem.³ Ave, quod infantem genueris, quadragesimo primo, ut admirabilis Lucas refert [?], imperii Augusti Caesaris anno. Ave, quod genueris infantem, cuius causa angeli quamplurimi ad terram devenerunt. Ave, quod infantem genueris, cuius causa pastores, dum nocte gregem in agris excubantes custodirent, admiratione percussi sunt.⁴ Ave, quod genueris infantem, cuius causa concinebant angeli: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, hominibus bonae voluntatis*.⁵ Ave, quod genueris infantem, cuius causa sonitus et strepitus auditur. Ave, quod genueris infantem cuius causa Herodes

¹ Dan. VII, 10.

² Isa. VI, 3.

³ Io. I, 14.

⁴ Lc. II, 8-13.

⁵ Lc. II, 14.

ἔνεκα ἡ συγγενῆς σου Ἐλισάβετ ὑπερόριος γίνεται. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗτινος ἔνεκα Ζαχαρίας ὁ παμμέγιστος ἱερεὺς μεταξύ τοῦ ναοῦ κτείνεται. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗ ἔνεκα ἡ Βηθλεὲμ στρατιωτικῶς ἐρευνᾶται. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗ ἔνεκα ξιφηφόροι στέλλονται δῆμιοι. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗτινος ἔνεκα νεογενῆ καὶ μιμηλόφωνα βρέφη, μεληδὸν ἀναλίσκονται. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, οὗ ἔνεκα Ῥαχὴλ ποταμηδὸν δακρῦουσα, βαρύγχητον ἐκπέμπει μέλος. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, τὸ ὀκταήμερον περιτεμνόμενον κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, τὸ τὸν νόμον ἐν πλαξί λαξεῦσαν, καὶ ὑπὸ νόμον γενόμενον, καὶ νόμον ἐκπληροῦν. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, ὅπερ ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἐν τῷ Σολομωντείῳ προσήνεγκας ναῶ. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, νηπιοφανές, ὅπερ ὁ πολιοφανῆς ἱερεὺς Συμεὼν ἰδὼν, ἀπολύεσθαι ἔσπευδε. Χαῖρε, ὅτι γεγέννηκας βρέφος, τὸ ὑπὸ τῆς προφήτιδος καὶ χήρας Ἄννης, ἐναντίον παντὸς λαοῦ κυριολογηθέν.

Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν ὁ πρὸ πάντων βουνῶν

animo aestuans perturbatur.¹ Ave, quod infantem genueris, cuius causa cognata tua Elisabeth domo sua exsulat. Ave, quod genueris infantem, cuius causa Zacharias eximius sacerdos in medio templo necatur. Ave, quod genueris infantem cuius causa Bethlehem militum manus perscrutatur.² Ave, quod genueris infantem, propter quem armati gladiis carnifices mittuntur. Ave, quod genueris infantem, cuius causa geniti nuper, vixque vocem imitantes infantes membratim conficiuntur. Ave, quod infantem genueris, cuius causa Rachel lacrymarum fluvios fundens, tristissimum carmen edit.³ Ave, quod infantem genueris, qui octava die de legis Mosaicae praescripto circumcisis fuit.⁴ Ave, quod infantem genueris, qui, cum legem in tabulis lapideis insculpsisset, factus est sub lege, ac legem implet. Ave, quod infantem genueris, quem quadraginta diebus completis in Salomonis templo obtulisti.⁵ Ave, quod infantem genueris, quem recens editum canitie spectabilis sacerdos Simeon concipiens, hinc dimitti studebat. Ave, quae genueris infantem, qui a prophetissa ac vidua Anna coram omni populo Dominus proclamatus est.

Ave, gratia plena; ave, per quam nobis innotuit, qui ante omnes

¹ Matth. II, 3.

² Matth. II, 16.

³ Ierem. XXXI, 15.

⁴ Lc. II, 21.

⁵ Lc. II, 22.

γεννηθείς, Θεός, φημί, ὁ παντεξούσιος. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ὁ ὑπερκόσμιος ἐπέφανεν, ὁ κόσμον ἄκοσμον κοσμήσας, καὶ κτίσιν ἄκτιστον κτίσας. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν, ὁ πρὸ τοῦ ὄρη γενηθῆναι, καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην, ἐκ Πατρὸς ἀγεννήτου γεννηθείς. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν, ὁ τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέξριν ἐκτείνας, καὶ τὴν ξηρὰν ἐπὶ τῶν ἀβυσσίων ἐδράσας ὑδάτων. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν, ὁ ψάμμω χαλινώσας τὴν μεγαλομέγεθον τε καὶ κοσμοχώρητον, καὶ θαυμαστοθέατον θάλασσαν. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν ὁ χερσὶν ἀχράντοις καὶ ἀχειροπλάστοις χειροπλαστήσας τὸν πρῶτον ἐν ἀνθρώποις ἀνθρωπον Ἀδάμ. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν ὁ λέγων πρὸς Ἀδράμ· « Ἡ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε ». Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν ὁ πάλαι διὰ Μωσέως Αἰγυπτιακῆς δουλείας ῥυσάμενος λαὸν Ἰσραηλίτην, * καὶ Φαραωνίτην θαλασσοκτονήσας *653 ἀνακτα. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν, ὁ κατὰ γενεὰν ὀπτανόμενος ἐν τε Πατρᾷσι καὶ προφήταις, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὔσι. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν, ὁ διὰ σπλάγγνα ἐλέους διὰ τὸν ἀνθρωπον ἀνθρωπος γενόμενος. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἐπέφανεν, ὁ μόνος ἐν ἀγίοις ἅγιος, καὶ μόνος ἐν δεδοξαμένοις ἐνδοξος, καὶ μόνος ὑψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Χαῖρε, δι' ἧς

colles genitus est, Deus, inquam, universorum potestatem habens. Ave, per quam nobis qui mundo sublimior est, innotuit, quique mundum ornatu vacuum ornavit, et creaturam inconditam creavit. Ave, per quam innotuit, qui priusquam montes fierent, et formaretur terra et orbis, ex ingenito Patre genitus est.¹ Ave per quam apparuit, qui coelum uti pellem extendit, et aridam super aquas abyssi stabilivit. Ave, per quam nobis innotuit, qui altissimum prorsus, quod mundum continet, admirandumque spectaculum praebet, mare arena frenat. Ave, per quam nobis innotuit, qui intaminatis, nec manu factis manibus Adam hominum primum formavit. Ave, per quam nobis apparuit qui Abrahamo ait: *Nisi benedicens benedicam te, et multiplicans multiplicabo te.*² Ave, per quam nobis innotuit qui populum Israel ex Aegypti servitute * olim liberavit, et Pharaonem regem interfecit in mari. Ave, per quam nobis innotuit, qui per singulas aetates conspicuum sese praebuit Patribus et Prophetis, et omnibus illis qui secundum propositum vocati sunt sancti. Ave, per quam nobis innotuit, qui per viscera misericordiae hominis causa factus est homo. Ave, per quam nobis innotuit, qui solus inter sanctos sanctus est, solusque inter gloriosos gloriosus, ac solus altissimus super omnem terram. Ave, per quam nobis innotuit qui solus a

¹ Prov. VIII, 25.

² Gen. XII, 3; XVII, 2.

ἡμῖν ἐπέφανεν, ὁ μόνος ἀπαθής, καὶ μόνος συμπαθής, καὶ μόνος ἀψευδής, καὶ μόνος ἐκ μόνου μονογενής Θεοῦ Υἱὸς καὶ Θεός. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς ἡμῖν γεννᾶται ὁ αὐτογενέθλιος, καὶ φύεται ὁ αὐτοφυής, καὶ αὖξεται ὁ τέλειος. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς ἡμῖν σωματοῦται ὁ ἀσώματος, καὶ ἄρχεται ὁ ἄναρχος, καὶ χωρεῖται ὁ ἀχώρητος. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς ζωοῦται ὁ αὐτόζωος, καὶ ποσοῦται ὁ ἄποσος, καὶ σαρκουῖται ὁ ἄσαρκος. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς ὁ ἄκτιστος κτίζεται, καὶ πτωχεύει ὁ πλούσιος, καὶ νηπιάζει ὁ ὑψιστος. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς ψηλαφᾶται ὁ ἀψηλάφητος, καὶ κρατεῖται ὁ ἀνέπαφος, καὶ βαστάζεται ὁ βαστάζων τὰ πάντα. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς γαλακτοτροφεῖται ὁ τοῦ παντὸς κηδεμών, καὶ τροφεύς, καὶ πρύτανις Θεός. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγος, Υἱὸς ἀνθρώπου σωματικῶς κατ' εὐδοκίαν ἄφραστον πέφηνε. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς ὁ ἀμήτωρ ἀπάτωρ γίνεται, καὶ ὁ νέος ἐπισυνάγεται Μελχισεδέκ. Χαίροις, ὦ Κυρία Θεοτόκε, δι' ἧς διῆλθεν ὁ ὠραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.

Χαίροις, μόνη Μήτηρ Θεοῦ, ἡ ἀπ' ἄκρων τοῦ οὐρανοῦ ἕως ἄκρων αὐτοῦ,

perpensionibus immunis est, solusque patientium socius, solus minime mendax, solus denique ex solo unigenitus Dei Filius ac Deus. Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam nobis ille generatur cuius propria generatio est, nascitur, cuius propria nativitas est, et perfectus augetur. Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam incorporealis incorporatur, et initium habet qui sine initio est, et continetur, qui contineri nequit. Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam vita donatur, qui ipsa vita est; quantitate crescit, qui quantitate caret; incarnatur, qui sine carne est. Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam creatur, qui creatus non est, egenus fit, qui locuples est, et altissimus puer fit. Salvesis, Domina Dei Genitrix, per quam tractatur qui tractari nequit;prehenditur, qui tangi non potest; gestatur qui cuncta gestat. Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam lacte nutritur, qui universa procurat, alit, et administrat Deus. Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam Dei Filius et Verbum, filius hominis inexplicabili bonae voluntatis propensione apparuit. Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam qui sine matre est, sine patre existit, et novus conflatur Melchisedech.¹ Salvesis, o Domina Dei Genitrix, per quam transit speciosus forma prae filiis hominum.²

Salvesis, sola Mater Dei, quae a summo coelo usque ad summum

¹ Hebr. VII, 3.

² Ps. XLIV, 3.

μητρικῶς τε καὶ Δαυϊτικῶς τὸ κατάντημα τῆς προστασίας ἔχουσα. Χαίροις, μόνη Μήτηρ Θεοῦ, ἡ τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων μεγαλοπρεπῆς τε καὶ μεγαλόφωτος εὐκλεία. Χαίροις, μόνη Μήτηρ Θεοῦ, ἡ πάσης ἀκτίνος φωτεινότερα, καὶ πάσης καθαρότητος καθαρωτέρα. Χαίροις, μόνη Μήτηρ Θεοῦ, ἡ παντὸς σεβάσματος σεβασμιωτέρα, καὶ παντὸς ἀκούσματος ὑπερκείμενον ἄκουσμα. Χαίροις, μόνη μήτηρ Θεοῦ, ἡ παντὸς γλυκάσματος γλυκυτέρα, καὶ παντὸς εὐγενοῦς εὐγενεστέρα, καὶ παντὸς πλούτου ῥέοντος πλουσιωτέρα. Χαίροις, μόνη Μήτηρ Θεοῦ, τὸ μόνον ὄντως ἀληθῶς Χριστιανικῆς κτίσεως παγκάλλινον καὶ πασιπόθητον ὄνομα. Χαίροις, μόνη Μήτηρ Θεοῦ, ἡ προσκυνητὴ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ δοξαστὴ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ ἐπαινετὴ εἰς ἀπεράντους αἰῶνας. Χαίροις, μόνη Μήτηρ Θεοῦ, ἡ εἰς πάσας γενεὰς γενεῶν ὑπὸ ἀγγέλων τε καὶ ἀνθρώπων ὁμοφώνως ἐν φόβῳ μεγαλυνομένη.

2069

Χαίροις, μόνη ἐν βασιλίσαις βασιλίσα, ἡ βασιλέων μὲν θυγάτηρ, παμβασιλέως δὲ Χριστοῦ Μήτηρ, φιλοσεβῶν δὲ βασιλέων κράτος. Χαίροις, μόνη ἐν βασιλίσαις βασιλίσα, ἐν ἱματισμῶ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη, καθὼς ὁ μέγας ψαλμωδὸς * Δαβὶδ ἀνακέκραγε. Χαίροις, μόνη ἐν γυναιξὶν εὐλογημένη, ἡ τῆς προμήτορος Εὐας τὸ σφάλμα ἀνορθώσασα. Χαί-

PG
96, 653

*656

eius,¹ tanquam Genitrix, quemadmodum et David loquitur, occursum protectionis et auxilii habes. Salvesis, sola Dei Mater, coelestium, et terrestrium, et infernorum magnificum atque illustrissimum decus. Salvesis, sola Dei Mater, quae radio omni lucidior es, et omni puritate purior. Salvesis, sola Dei Mater, quae omni re venerabilior es, omnique auditione praestantior auditio. Salvesis, sola Mater Dei, quae suavitate omni suavior es, omni re nobili nobilior, et omnibus divitiis affluente locupletior. Salvesis, sola Mater Dei, solum illud nomen Christianae creaturae vere prorsus peregrinorum cunctisque amatissimum. Salvesis, Dei Mater, quae in saecula adoranda es, quae in saecula es praedicanda, laudandaque per interminata saecula. Salvesis, sola Dei Mater, quae in omnes generationes generationum ab angelis et hominibus una voce cum reverentia magnificaris.

2069

Salvesis, sola inter reginas regina, quae regum quidem filia es, universorum autem Regis Mater, ac religiosorum regum et imperatorum robur. Salvesis, sola inter reginas regina, vestitu deaurato circumdata, ac varietate, veluti psalmorum cantor David * exclamavit.¹ Salvesis, sola inter mulieres benedicta, quae primae parentis Evae lapsus restaurasti. Salvesis, sola inter mulieres benedicta,

PG
96, 654

*655

¹ Ps. XLIV, 10.

ροις, μόνη ἐν γυναιξίν εὐλογημένη, ἢ τὸ ταπεινότατον γένος τῶν χαμαὶ κειμένων γυναικῶν ἀνυψώσασα. Χαίροις, μόνη ἐν γυναιξίν εὐλογημένη, λελαμπρυσμένη τε καὶ τεθαυμασμένη, ὅτι μόνη Χριστὸν τὸν θεάνθρωπον ἀνάνδρως συνέλαβες, καὶ ἀπόνως ἐκύησας. Χαίροις, μόνη ὄντως ἐν γυναιξίν εὐλογημένη καὶ δεδοξασμένη, ἢ τὸν ἕνα τῆς τρισσοφαοῦς καὶ ὑπεραγίας Τριάδος ἀφλέκτως συνειληφυῖα, γεγέννηκας. Χαῖρε, μόνη ἐν γυναιξίν εὐλογημένη, ὅτι μόνη ἀστενοχωρήτως ἐχώρησας, ὅνπερ κόσμος χωρῆσαι οὐ δύναται. Χαίροις, μόνη νύμφη ἀνύμφευτε, ἢ ἐν τῇ νυμφικῇ Ἀσμάτων βίβλῳ προαναφερομένη. Χαίροις, μόνη ἐν παρθένοις Παρθένος, ἢ καὶ πρὸ τοῦ τόκου, καὶ ἐν τόκῳ, καὶ μετὰ τόκον, παρθένος διαμείναςα. Χαίροις, μόνη ἐν πύλαις πύλη κεκλεισμένη, καὶ μόνη πόλις ἐν πόλεσι πεπυργωμένη.

Χαῖρε, ὄντως κεχαριτωμένη, χαῖρε, ὅτιπερ ἀγιωτέρα σὺ τῶν Ἀγγέλων, καὶ τιμιωτέρα τῶν Ἀρχαγγέλων. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι θαυμασιωτέρα σὺ τῶν Θρόνων, καὶ κυριωτέρα σὺ τῶν Κυριοτήτων, καὶ δυνατωτέρα σὺ τῶν Δυνάμεων. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι ὑπερτέρα σὺ τῶν Ἀρχῶν, καὶ ἀνωτέρα σὺ τῶν Ἐξουσιῶν. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι καλλιωτέρα σὺ τῶν Χερουδὶμ, καὶ σεβασμιωτέρα τῶν Σεραφίμ. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτιπερ ὑψηλότερα σὺ τῶν οὐρανῶν, καὶ καθαρωτέρα σὺ ὑπὲρ τὸν φαίνοντα ἥλιον. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτιπερ εὐγενεστέρα σὺ πάντων τῶν ὑφ' ἡλίου ἀνατολῶν, καὶ βασιλικωτέρα σὺ ὑπὲρ πάσας τὰς βασιλείας τῆς βροτείας οὐσίας. Χαῖρε,

quae humillimum humi iacentium mulierum genus exaltasti. Salvesis, sola inter mulieres benedicta, splendida atque mirabilis, quae sola Christum Deum simul et hominem sine viri opera concepisti, et sine dolore peperisti. Salvesis, sola vere inter mulieres benedicta et gloriosa, quae unam e sanctissima, ternoque fulgore radianti Trinitate, nihil te flamma laedente, conceptum genuisti. Salvesis, sola inter mulieres benedicta, quae sola eum sine constructione complexa es, quem mundus capere nequit. Salvesis, sponsa sola a sponso libera, quae in sponsali Canticorum libro iam olim relata es. Salvesis, sola inter virgines Virgo, quae ante partum, et in partu, et post partum, virgo permansisti. Salvesis, e portis sola porta clausa, et sola e civitatibus civitas turribus munita.

Ave, vere gratia plena, ave, quoniam Angelis tu sanctorum es, et Archangelis praestantior. Ave, gratia plena, quoniam Thronis es admirabilior, Dominationibus dominantior, et maioris quam Virtutes virtutis. Ave, gratia plena, quae Principatibus superior es, et Potestatibus sublimior. Ave, gratia plena, quia speciosior es Cherubim, et augustior Seraphim. Ave, gratia plena, quae coelis excelsior es, et sole quem conspiciamus purior. Ave, gratia plena, quia omnibus quae ab ortu solis sunt, nobilior es, et regali potestate maiori

κεχαριτωμένη, ὅτιπερ ἀγαθωτέρα σὺ ὑπὲρ ἐκείνην ὄντως τὴν ἀγαθὴν καὶ πολλὴν γῆν, τὴν βέουσαν μέλι καὶ γάλα. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι ὑπὲρ χίονα ἐλευκάνθη, καὶ ὑπὲρ μέλι ἐγλυκάνθη. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι ὑπὲρ τὰ κρῖνα εὐωδιάσθη, καὶ ὑπὲρ τὰ ῥόδα ἠρυθρώθη, καὶ ὑπὲρ τὸ πολυποίκιλον ἔαρ ἐξήνθησας. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι ὑπὲρ τὴν Ἱερουσαλὴμ ὠραιώθη, καὶ ὑπὲρ τὸν Σολομώντειον ἐμεγαλύνθη, ναόν. Χαῖρε οὖν, χαῖρε, καὶ πάλιν ἔρω, χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς σῆς μεγαλειότητος.

Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς οἱ ταπεινοί, Χριστοῦ δευτέραν καὶ φωτισωτήριον γέννησιν, εὐσεβοπρεπῶς προσκυνοῦμεν. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς τὴν κοσμοποιὸν καὶ ζωαρχικόν, καὶ εἰς αἰὶ βασιλεύουσιν ἐπέγνωμεν Τριάδα. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς Χριστιανικὸς λαός, τοῦ σοῦ Υἱοῦ καὶ Θεοῦ ὀνομάσμεθα. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς εἰς μίαν ἀγίαν, καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν ἐπολιτογραφήθημεν. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς τὴν ψυχοσωτήριον καὶ φωτόμορφον κατέχομεν πίστιν. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς τὸν πολυπροσκύνητον καὶ ἱαματοποιὸν προσκυνοῦμεν σταυρόν. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς τὸ ἁγιοποιὸν καὶ τριφεγγὲς βαπτίζομεθα βάπτισμα. Χαῖρε, δι' ἧς καθαρᾶς ἡμεῖς καὶ φρικτῆς σαρκὸς ἐν τῇ φρικτοτελεῖ τραπέζῃ προσεγγίζειν τολμῶντες * μετέχομεν. Χαῖρε, δι' ἧς *657 ἡμεῖς ἀληθινοῦ καὶ ἀθανάτου ἄρτου γεύομεθα. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς ἐκ τῶν

polles super omnia mortalis naturae regna. Ave, gratia plena, quoniam longe tu melior es, quam illa vere bona amplaue terra melle et lacte manans. Ave, gratia plena, quia super nivem alba facta es, et super mel dulcis. Ave, gratia plena, quoniam super lilia fragrans fuisti, et super rosas rubicunda, ac super varie decorum ver effloruisti. Ave, gratia plena, quoniam super Ierusalem speciosa facta es, et super Salomonis templum magnificata. Ave igitur, ave, et iterum dico, ave, gratia plena, quoniam plenum coelum est, et terra magnitudinis tuae.

Ave, per quam nos humiles et abiecti secundam Christi, salutarique lumine praeditam generationem ea qua par est religione adoramus. Ave, per quam nos mundi effectricem, vitae originem, ac semper regnantem Trinitatem cognovimus. Ave, per quam nos Christianus populus, Filii tui ac Dei nomine donati sumus. Ave, per quam inter unius, sanctae, catholicae, atque apostolicae Ecclesiae cives descripti sumus. Ave, per quam nos multipliciter adorandam et saluberrimam crucem adoramus. Ave, per quam nos fidem qua salvantur animae, ac lucis forma praeditam tenemus. Ave, per quam nos puram ac tremendam carnem, ad tremendam admodum mensam accedere audentes, participamus. Ave, per * quam nos verum *658 et immortalem panem gustamus. Ave, per quam nos e ianuis in-

τοῦ ἄδου πυλῶν εἰς οὐρανοὺς ἀνεπιβάσθημεν. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς ἐλυτρώθημεν ἀρᾶς, ἀνεκλαλήτου δὲ χαρᾶς ἠξιώθημεν. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς τὰς χριστομόρφους καὶ σεπτοπροσκυνήτους προσκυνοῦμεν εἰκονογραφίας. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς τὰ τῶν Ἑλλήνων χρυσότευκτά τε καὶ δαιμονιόμορφα συμπατοῦμεν ζόανα. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμεῖς τὸν ἀρχαῖόν τε καὶ μεγάλυχον ἀντάρτην ἀντιπραττόμεθα.

Χαῖρε, δι' ἧς εἰρηνοποιεῖται ἡ τῶν Ῥωμαίων βασιλεία. Χαῖρε, δι' ἧς βασιλεῦσι τὸ βασιλεύειν δίδεται, καὶ στρατηγοῖς τὸ στρατηγεῖν ἐγγχειρίζεται. Χαῖρε, δι' ἧς πολλάκις ἐπινίκια ἐν παρατάξει ἀλλογενῶν καὶ ἀλλογλώσσω ἐθνῶν διανύονται. Χαῖρε, δι' ἧς ἑτερόφυλοι ὡσπερ φύλλα πίπτουσι, καὶ ἄνομοι ὡς ἄνεμο μηδενὸς διώκοντος διώκονται. Χαῖρε, δι' ἧς οἱ ὀπλομάχοι καὶ θυρεοφόροι θραύονται, πλήττονται δὲ πρὸ συμπλοκῆς σιδηροφόροι. Χαῖρε, δι' ἧς ἀντιτοξεύονται ἀμφοτεροδέξιοι τοξόται, καὶ μωλωπίζονται ἔθνη τὰ πολέμους θέλοντα. Χαῖρε, δι' ἧς ξιφοκτονεῖται ὁ βαρβαρογενῆς τε καὶ φιλομάκελλος κύων Ἰσμαήλ. Χαῖρε, δι' ἧς δραπετεῦουσιν ἐκ μέσου τῶν ὀπλοφόρων πιστοὶ τῶν ἐν χειροπέδαις σιδηραῖς ἐλεεινῶς κατεχομένων αἰχμαλώτων. Χαῖρε, δι' ἧς ὁ σύμπας κόσμος σκέπεται, καὶ εἰς αἰὲ διαφυλάττεται. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν ἅπαν ὠμηρεύθη ἀγαθόν, ἐν τε τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῆ. Χαῖρε, δι' ἧς ἡμῖν εὐλογία τοῖς πιστοῖς ἐπήγασεν, ἐπειδήπερ λαὸς σου ἡμεῖς,

ferni ad coelos evecti sumus. Ave, per quam nos a maledictione redempti sumus et inexplicabili laetitia dignati sumus. Ave, per quam nos imaginum picturas quae Christum repraesentant, colendaeque adeo ac venerandae sunt, adoramus. Ave, per quam nos gentilium ex auro fabricata, daemonumque formis praedita simulacra conculcamus. Ave, per quam nos prisco illi, superboque adversario resistimus.

Ave, per quam Romanum imperium tranquillitate potitur. Ave, per quam regibus ut regnent datum est, et exercituum duces ducatum obtinent. Ave, per quam victoria in acie adversus alienigenas, extraneaeque linguae nationes refertur. Ave, per quam exterae gentes veluti folia cadunt, et impii tamquam venti nemine persequente exagitantur. Ave, per quam qui armis pugnant clypeosque gestant, franguntur, quique ferro proteguntur ante praelium consternantur. Ave, per quam ambidextri sagittarii repercutiuntur, et sauciantur gentes quae bella volunt. Ave, per quam barbarus et macellarius canis Ismaël gladio occiditur. Ave, per quam fideles, qui in manicis ferreis misere captivi detinentur, e media armatorum manu evadunt. Ave, per quam mundus omnis protegitur, et in perpetuum conservatur. Ave, per quam bonum omne in coelo et in terra oppi-

εἰ καὶ σειραῖς ἀμαρτημάτων συμπεπλέγεσθαι. Χαῖρε, δι' ἧς εὐλογεῖται τῶν ἀσθενῶν ὁμοῦ ἀρρένων ἢ χορτώδης οὐσία, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν ἀσθενογενῶν γυναικῶν πάμπλανός τε καὶ πανσάλευτος φύσις. Χαῖρε, δι' ἧς οἱ ἀσεβεῖς εὐσεβεῖς γενόμενοι εὐσεβῶς εὐσεβοῦσι, καὶ προσκυνοῦσι τὸν πανσεδάσμιον τόκον σου. Χαῖρε, δι' ἧς οἱ φιλόχρυσοι φιλόχριστοι γίνονται, καὶ οἱ φιλάργυροι φιλάνθρωποι, καὶ φιλόπτοχοι οἱ φιλόπλουτοι. Χαῖρε οὖν, χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι πολλοὶ πολλῶν χρημάτων διὰ σέ κατεφρόνησαν, ὅπως σε τὴν μόνην ἀγαθὴν κερδήσωσι. Χαῖρε, ὅτι πολλοὶ πολλάκις τῶν εὐσεβῶν βασιλέων πηλὸν ἠγήσαντο διὰ σέ τὸν χρυσόν, καὶ σποδὸν τὸν ἀργυρον. Χαῖρε, ὅτι πολλοὶ τῶν φιλοχρίστων βασιλίδων λιθολαμπεῖς διὰ σέ στεφάνους, καὶ κρυσσονήμους ἀλουργίδας, ἀράχνης εὐτελέστερα ἐλογίσαντο. Χαῖρε, ὅτι πολλοὶ τῶν εὐγενῶν Ἰνδικούς διὰ σέ καὶ χρυσταλλίζοντας λίθους περιεφρόνησαν. Χαῖρε, ὅτι πολλοί, ἴνα εἶπω, καὶ τῶν εὐγενίδων γυναικῶν εἰς οὐδὲν ἠγήσαντο διὰ σέ ἀξιάγαστα τὰ βύσσινά τε καὶ κόκκινα, καὶ περιπόρφυρα, καὶ ὀλοσῆρικα. Χαῖρε, ὅτι πολλοὶ καὶ τῶν μοιχαλίδων γυναικῶν λιθοκόλλητα ἐνώτια, καὶ περιδέξια ψέλλια φύλλων ἀδρανέστερα ἐλογίσαντο. Χαῖρε, ὅτι πολλοὶ πλειστάκις τῶν ἐνδόξων τε καὶ περιφανῶν, οὐ μὴν δὲ καὶ πλουσίων, σκύβαλα ἠγήσαντο διὰ σέ τὰς χρυσοῦ καὶ ἀργύρου χιλιάδας. Χαῖρε, ὅτι πολλοὶ καὶ

gneratum nobis fuit. Ave, per quam benedictio nobis fidelibus scaturivit, quandoquidem nos populus tuus sumus, quamlibet peccatorum catenis et nexibus implicemur. Ave, per quam benedicuntur infirmorum, tum masculorum foenea substantia, tum imbecillis sexus mulierum erratica atque instabilis natura. Ave, per quam impii pietatem amplexi, pie colunt et adorant venerabilissimum partum tuum. Ave, per quam auri amantes Christi amatores fiunt, et argenti amantes amatores hominum, atque pauperum amatores divitiarum studiosi. Ave ergo, gratia plena, quia multi multas pecunias flocci fecerunt, ut te solam lucrarentur. Ave, quoniam multi multoties religiosorum imperatorum aurum propter te uti lutum habuerunt, et argentum uti cinerem. Ave, quoniam complures Christi amantium reginarum fulgentes gemmis coronas, auroque intextas purpuras propter te aranae tela viliores aestimaverunt. Ave, quoniam multi nobiles Indicos pellucidosque uti crystallum lapides, tui gratia aspernati sunt. Ave, quod multae, ut sic dicam, ex ipsis etiam illustribus mulieribus, tui causa nihil duxerunt, quaecumque ex bysso, cocchino, purpura et serico contexta, admiratione digna videbantur. Ave, quoniam multae quoque mulierum adulterarum gemmis ornatas in aures, armillasque foliis exiliores propter te censuerunt. Ave, quod multi saepenumero clarorum illustriumque virorum, quin etiam divitum, millia auri et argenti tamquam quisquilias et stercora ha-

τῶν νεογενῶν νεανίδων λευκοσιδεῖς καὶ χρυσολαμπεῖς στολάς ἀπώσαντο. Χαῖρε, ὅτι πολλαὶ διὰ σέ, ἔν' εἶπω, τῶν χρυσοφορουσῶν γυναικῶν, μελανοφορεῖν * καὶ τριχινοφορεῖν διὰ παντός ἤρετίσαντο.

Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὅτι καταφυγὴ ἐγενήθης ἡμῖν, καὶ μεσιτολογεῖς ὑπὲρ ἡμῶν τῶν πηλογενῶν πρὸς τὸν Υἱόν σου, καὶ Θεόν σου, καὶ Θεὸν ἡμῶν. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ πάντων ὁμοῦ τῶν περάτων τῆς γῆς κοινὴ σωτηρία, καὶ πάντων τῶν Χριστιανῶν Χριστιανικὴ προστασία. Χαῖρε, ἡ μόνη τῶν ἀβοηθήτων παραστατικὴ βοήθεια, καὶ μόνη τῶν ἀδυνάτων μεγαλοδύναμος δύναμις. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ μόνη τῶν ταπεινῶν ἀνύψωσις, καὶ μόνη τῶν πενήτων ἀντίληψις, καὶ μόνη μήτηρ τῶν ὀρφανῶν, καὶ πτωχῶν, καὶ χηρῶν. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ μόνη τῶν καταπονυμένων παραμυθία, καὶ μόνη τῶν ἀσκεπῶν σκέπη. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ μόνη τῶν αἰχμαλώτων λύτρωσις, καὶ μόνη τῶν ἐξορισμένων ἀνάκλησις. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ μόνη τῶν νοσοῦντων ἐπίσκεψις, καὶ μόνη τῶν ἀσθενούντων ἰασις, καὶ μόνη τῶν δαιμονῶντων ὑγίωσις. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ μόνη τῶν πλεόντων κυβέρνησις, καὶ μόνη τῶν νυκτοπορούντων συνοδοιπόρος καὶ συνδιαγωγός. Χαῖρε, ὅτι πάντων ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ εἰς σέ τὴν μόνην καθαρὰν ἐλπίζουσι, καὶ πρὸς σέ διὰ παντός ἀτενίζουσι. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ αἰεὶ προῖσταμένη ἡμῶν τῶν ταπεινῶν, καὶ λυτρομένη ἡμᾶς ἐκ πάσης δικαίας ὀργῆς τε καὶ ἀπειλῆς.

*659 buerunt. Ave, quoniam propter te iuniorum * etiam complures iuvenularum, albicantes, auroque fulgentes stolas abiecerunt. Ave, quoniam multae tandem mulierum, quae auro ornabantur, nigras laneasque vestes gestare tua causa destinaverunt.

Ave, gratia plena, quoniam refugium facta es nobis, et pro nobis, qui sumus ex luto procreati, interpellatricem agis apud Filium, Deumque tuum, ac Deum nostrum. Ave, gratia plena, ave, omnium simul finium terrae communis salus, omniumque Christianorum christianum praesidium. Ave, gratia plena, ave, quae sola illis auxilio ades, qui auxilio carent, solaque maxima virtus es illis, qui nullis viribus valent. Ave, gratia plena, ave, sola humilium celsitudo, et inopum sola recuperatio, solaque orphanorum mater, pauperumque ac viduarum. Ave, gratia plena, ave, sola fatiscientium refocillatio, solumque tegmine carentium tegmen. Ave, gratia plena, ave, sola captivorum redemptio, solaque exsulantium pulsorumque revocatio. Ave, gratia plena, ave, sola aegrotantium visitatio, solaque infirmorum curatio, et eorum, qui a daemone vexantur, salus. Ave, gratia plena, ave, sola navigantium gubernatio, solaque eorum qui noctu iter agunt, viae comes, et sodalis. Ave, gratia plena, ave, quia nostrum omnium oculi in te quae sola pura es, spem

Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ἡ αἰὶ διαφυλάττουσα καὶ περισκέπουσα τὸ πτωχογενὲς ἡμῶν φύλον ἐν πειρασμοῖς, ἐν κινδύνοις, καὶ ἐν διαφόροις συμφοραῖς. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, ὅτι οὐδεὶς ὡς σὺ πλὴν Θεοῦ τηλικούτου κεκληρονόμηκεν ὄνομα, ἢ τοιαύτης πάποτε τέτυχε δόξης. Χαῖρε, ἡ ὄντως ὑπερευλογημένη, χαῖρε, δι' ἣν ἡμεῖς σήμερον ὑπερκοσμίως τὴν ὑπερκόσμιον ταύτην πανηγυρίζομεν ἡμέραν. Χαῖρε, ἡ ὄντως ὑπερευλογημένη, χαῖρε, δι' ἣν ἡμεῖς σήμερον, ἑορτὴν ἑορτῶν, καὶ πανήγυριν πανηγύρεων πανδημεῖ ἑορτάζομεν. Χαῖρε, ὄντως ὑπερευλογημένη, χαῖρε, δι' ἣν ἡμεῖς σήμερον ἀγεληδὸν ἐπαθροίζομεθα ἐν τοῖς σοῖς ἀγιοθάτοις ναοῖς, καὶ μεγαλοφώνως σε γεραίρομεν. Χαῖρε, ὄντως ὑπερευλογημένη, χαῖρε, δι' ἣν ἡμεῖς σήμερον δίκην μελισσῶν ἐπισυναγόμενοι πληθύνομεν τὴν ὕμνολογίαν, ὡς σὺ τὴν προστάσιαν. Χαῖρε, κεχαριτωμένη, χαῖρε, δι' ἣν ἡμεῖς σήμερον φωτοφοροῦντες λαμπρῶς ἐν Ἐκκλησίᾳ σε μεγαλύνομεν. Χαῖρε, ὄντως ὑπερευλογημένη, χαῖρε, δι' ἣν ἡμεῖς σήμερον τὰ τοῦ Δαβὶδ σὺν τῷ Δαβίδ, καὶ τὰ τοῦ ἀγγέλου σὺν τῷ ἀγγέλῳ ἀνεκινήσαμεν λόγια. Χαῖρε, ὄντως ὑπερευλογημένη, χαῖρε, δι' ἣν ἡμεῖς σήμερον οἱ αἰχμάλωτοι ἐπαινέται ταύτην ἐξυφάναμεν τὴν τετραπλῆν τῶν χαροποιῶν προῤῥήσεων πεντακοντάδα· ἀλλὰ παράτεινον τὸ ἔλεός σου, πανάγαθε Δέσποινα, τοῖς γινώσκουσί σε, καὶ ἴδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου καὶ

collocant, et te semper contuentur. Ave, gratia plena, ave, quae nobis semper humilibus praesidio es, nosque ab omni ira iusta et comminatione eximis. Ave, gratia plena, ave, quae semper custodis et lustrando foves egenum genus nostrum a tentationibus, periculis, variisque calamitatibus. Ave, gratia plena, ave, quoniam nullus praeter Deum tale tantumque nomen sortitus est, aut talis unquam gloriae compos fuit. Ave, quae vere super omnes benedicta es, ave, propter quam hodie, supra quam ferat mundus, excellentiorem mundo diem celebramus. Ave, quae vere es super omnes benedicta; ave, propter quam hodie solemnitatem solemnitatum, et celebritatem celebritatum populo omni coacto agimus. Ave, quae vere es super omnes benedicta; ave, propter quam nos in sacratissimis tuis basilicis congregamur, ut te alta voce collaudemus. Ave, quae vere es super omnes benedicta; ave, propter quam hodie apud more una intus collecti hymnorum cantum multiplicamus, uti nobis tu defensionem. Ave, gratia plena, ave, propter quam nos lumina gestantes, te splendide in Ecclesia extollimus. Ave, quae vere es super omnes benedicta; ave, propter quam nos hodie Davidis cum Davide, et angeli cum angelo oraculis praelusimus. Ave, ave, quae vere es super omnes benedicta, ave, propter quam nos hodie captivi laudatores quadruplicem hanc saluatoriarum compellationum pentacontadem contexuimus. Caeterum, optima Domina, misericordiam extendas

*661 ἐπὶ τὰ ἔργα σου, καὶ κατεύθυνον πάντας εἰς ὁδὸν εἰρήνης, ὅτι πάντων οἱ ὀφθαλμοὶ εἰς σὲ ἐλπίζουσι, καὶ σοῦ τῆ μεσιτεία τὴν καταλλαγὴν τὴν πρὸς τὸν Υἱόν σου καὶ Θεόν, καὶ * Θεὸν ἡμῶν ἐσχήκαμεν· ᾧ δόξα, ᾧ κράτος, ᾧ σθένος σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ ὁμοφυεῖ καὶ ἀγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

*662 tuam in eos qui te noverunt: ac respice in servos tuos, et in opera tua, et cunctos dirige in viam pacis: quoniam omnium oculi in te sperant, teque sequestra, reconciliationem cum Filio Deoque tuo ac Deo nostro nacti sumus: * cui gloria, cui imperium, cui robor cum ipsius experte principii et eiusdem naturae Patre et sancto Spiritu, nunc et semper, et in infinita saecula saeculorum. Amen.

IN ANNUNTIATIONEM B. V. MARIAE ¹

PG
96, 643

2070

Iam tempus est, fratres dilectissimi, ut hac Davidica voce exclamemus: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine; omnia in sapientia fecisti.*² Etenim praesens solemnitas festivitatum nostrarum initium est, et nostrarum solemnitatum caput: unde orta est salus nostra, ac lex nostra initium habuit. Nos enim eramus prius avitae ac primigeniae rebellionis rei, et adiecto illi insuper gravissimorum peccatorum reatu, facti eramus tenebrarum incolae ac regionum mortis, nec ullus ex prophetis a Deo missis, et sanctis iustis, lumine nos illuminare poterat, redimendo a peccatis et nequitia praevaricationum nostrarum. Quamobrem creator ipse redemptor evasit, nosque sui ad nos accessus lumine illustravit, quemadmodum propheta ait: *Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam:*³ nobisque commissa sunt secreta adventus eius, cum ipse Gabrielem angelum misit annuntiatum miracula incarnationis suae. Hodierna
*644 dies solemnitatum nostrarum * est origo, et salutis nostrae initium. Hodie Filius Dei, qui temporibus anterior est, nunc temporis hominis Filius fit. Hodie initium est renovationis humanae naturae. Hodie facta est abolitio peccati primigenii. Hodie sanctificata est nostra natura, Creatoris in ipsa inhabitatione. Hodie digna evasit ut archangelis dominaretur. Hodie completum est tempus de quo prophetarum oracula personuerunt. Hodie tempus completum est,

¹ Exstat inter op. dubia Ioan. Damasceni (cf. Lau 170).

² Ps. CIII (CIV), 24.

³ Isa. IX, 2.

quod sanctorum et electorum mentes desiderabant. Hodie Adam Creatori suo de progenie sua templum aedificavit, in quo tectus habitaret, et quod redimeret: Mariam virginem pretiosam, benedictam, sanctam, puriorem naturae Adamicae partem, et humanae stirpis reginam: puram, qua nulla usquam corpore purior invenietur in omni genere humano: sanctam, qua nulla inter creaturas futura est intellectuales quoad animam sanctorum: gloriam Israëliticae gentis, ac stirpis Davidicae lumen: de qua avus ipsius David exclamat, propheticam vocem attollendo: *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui: et concupiscet Rex speciem tuam.*¹ Haec illa est, * cuius puritatis pulchritudinem concupivit Rex coelestis, misitque ad eam ministrum suum Gabrielen, ut ipsam salutatione laetitiae compellaret, certioresque faceret, esse se a Creatore electam, dicendo: *Ave, gratia plena; Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.*² Et quomodo benedicta non esset, et gratia plena, cum qua creaturarum Dominus fuit, copulando sibi ex ea templum quo opem generi ipsius afferret? Hodie qui format res omnes visibiles et invisibiles, effinxit sibi imaginem humanam. Hodie qui producit omnes creaturas spirituales et materiales, produxit sibi carnis figuram. O misericordiae Creatoris abyssum, et excellentiam descensus eius! Etenim cum ipse plasma suum liberare vellet, semet exinanivit, et accepit formam servi, similitudine inventus ut homo.³ O beneficiorum magnitudinem quae nemini pervestigabilis est! Nos enim rebelles in eum fuimus: ipse vero curam nostri suscipit. O bonorum istorum abundantiam, quorum pretium aestimari non potest! Nos equidem maxima peccata commisimus: ipse vero nos liberalitate sua ab eis redemit. Ipse sibi onus imposuit quod nos ferre oportebat, emitque nos sanguine crucis suae, ac liberavit a vinculo servitutis. Gloria sit magnitudini maiestatis eius, cuius non est finis.

*645

Quando angelum vidit Maria, turbata est ob sermonem eius, secumque cogitare coepit, undenam esset ista salutatio. Angelus vero dixit et: Ne timeas, Maria; nacta es gratiam Dei. Ecce concipies in utero, et paries filium: et vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur. Et dabit ei Dominus Deus sedem David patris eius; et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis. Et ait Maria: Quomodo verum esse comperiam quod hoc mihi futurum sit, quando virum non cognosco? Angelus respondit, et dixit ei:

¹ Ps. XLIV, 11, 12.

² Lc. I, 28.

³ Philipp. II, 7.

*Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque sanctum in te genitum vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata et ipsa concepit filium in senectute sua, et hic mensis sextus est illi quae vocatur sterilis: quia difficile non est apud Deum omne verbum. Et dixit Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Tunc recessit angelus ab ea.*¹ Profecto gloriosa haec et illustris inter mulieres, gratiam naeta est apud Deum, cum ab eo electa est, ut corpus ex ipsa sumeret compingeretque ex sancto eius sanguine; ut ei non fuerit in anterioribus puritate similis, nec futurus in posterioribus pari sanctitate praeditus. Nestorium itaque vecordem et amentem pudeat. Nam sanctum quod ex perpetua virgine Maria natum est, Filius Dei appellandum erat, descendente in eam Spiritu sancto, eique Altissimi obumbrante virtute. Atque clare etiam angelus * Trinitatis sanctae nominationem expressit, dum Spiritum sanctum, Altissimique virtutem, et sanctum ex ea genitum. Quin etiam manifesto indicavit substantiae Deitatis sanctissimae unitatem, voluntatisque simplicitatem. Non enim persona Patris, ac persona Spiritus sancti corpus assumpserunt. Incarnatio aeterni Filii facta est voluntate Patris, atque opera Spiritus sancti.

*646

Laudetur initium benignitatis illius quae comprehendere nequit. Certe nobis angelus sospitationem protulit, cum eius nobis intellectum fixit, dicendo: «Nulla res apud Deum difficilis est»: ipsaque Maria, cum eximiae sanctitatis esset, excellentiam nobis monstravit humilitatis suae, angelum excipiendo, eique fidem integramposito timore adhibendo. In ea itaque completum fuit prophetae dictum: *Sed quem respiciam, dicit Dominus, nisi ad modestum, placidumque, ac reverentem sermonem meum?*² Iam certiores facti sumus, fratres, novimusque collatum nobis hac die nobilissima dierum beneficium; in ea, inquam, solemnitate, quae caeterarum est solemnitatum princeps. Gloriam itaque praedicemus illius glorificatione spirituali, eumque laudamus, collata nobis ab eo munera perpetuis praeconiis celebrantes, et gratias agentes ea gratiarum actione quam bona opera comitentur, offeramus ei sacrificia bonorum operum integra et absque vitio. Unusquisque quod valet, et quod vires ipsius assequuntur, offerat. Ac Deus quidem hoc iussit: *Non apparebis in conspectu meo vacuus.*³ Ipse autem summe laudabilis, qui omnium est bonorum causa, varias etiam donorum species suscipit, cum ipse omnia gratiarum genera impertiatur; laetaturque ob propensum offerentis

¹ Lc. I, 29-38.² Isa. LXVI, 2.³ Exod. XXXIII, 20.

animum. Quamobrem omnes simul accurramus, senes et adolescentes, aetate graves et iuniores, omne agmen et genus praevenientes ad honorandum dominam nostram ac nostrae naturae reginam, laudibus praedicantes puritatis eius decorem, perpetuam eius virginitatem reverentes: altitudinem denique sanctitatis eius honorantes, dicamus: O gloria filiarum, matrum decus! O genitricem viro incognitam! O virginem filio gravidam! O miraculum, quo missi a Deo prophetae perculsi sunt, et cuius gloria angelos sanctos superat! Propitia sis servorum tuorum, qui auxilium tuum implorant, deprecationibus. Intercede pro nobis apud Filium tuum Deumque tuum, uti peccata nostra condonet, infirmitati nostrae opituletur, liberet a Pharaone spirituali, sicut liberavit Israëlitas a gurgite, transire nos faciat huius mundi mare fluctibus furens, ventis abundans, requiem nobis praestet ab opere laterum et luti intellectualis, nosque tandem liberet ab crudelibus alienigenis, qui graves adversum nos inimicitias exercent, ut peccata et impietates * ipsorum *647 agamus. O tu Maria, cuius non repellitur intercessio, nec recusatur oratio, quae simplici divinitati proxima es, propius ad Trinitatem sanctam accedens, quae altitudine cherubicis turmis sublimior es, et seraphicis agminibus excelsior: per te quamdiu in hoc pereunte mundo manebimus, auxilium ad bona opera facienda consequamur, liberemurque ab actibus sceleratis, et post nostrum inde transitum, ad Deum excelsum sempiternumque * perveniamus, ad voluptatem *648 regni coelorum, et commorationem regionis vivorum, perennem vitam agentes, quam purgatae mentes desiderant, per Iesum Christum, qui causa est opulentiae nostrae, quam ipse nobis annuntiavit, cum nos salvos fecit: ipsi glorificatio et sanctitas, cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

LIBER DE SIMILITUDINE CARNIS PECCATI¹

2071 [... Magi] ubi Hierosolimam venerunt, iuxta sensum saeculi incunabula regis parvuli ab Herode rege velut a pueri parente perquirunt; quo non in palatio, non in augustis penetralibus invento — adeo velabatur salutis nostrae sub despectione maiestas — Bethleem ire praecepti sunt, ubi in gremio Mariae regium puerum Deus fulgenti stella velut digito monstravit [...] * Advenit [Christus] *131

ETD
130

¹ Morin attribuit hunc librum *Paciano Barcinonensi* († ante 392); hoc idem affirmat L. Tria. J. Madoz et P. Courcelle eum attribuunt *Eutropio* (saec. v ineunte) presbytero aquitano vel hispano. Cf. Al 382-383.

● ETD 146.